

Buccolica calphurnii  
sine commento



S. ELLA. BALIGAVET.

Uite collatio capitulo



**C**alpurnii carmen buccolicum incipit feliciter.  
Coridon et ornitus pastores beniuosi interlocutores

Ondū solis equos declivis mitigat estas. **Co**

Quatinus et madidis incubat prela racemis.

Et spument rauco feruentia musta susurro.

Cernis ut ecce pater quas tradidit Dnite bacce

Molle sub hirsuta latus explicuere genista?

Nos quoqz vicinis cur non succedimus Umbris?

Torrida cur solo defendimus ora galero?

Hoc poti⁹ frater Corido nemus ista petam⁹ **Dr.**

Antra patris fauni. gracilis ubi pinea densat

Silua comas. rapidoqz caput leuat obvia soli.

Bulantis ubi fagus aquas radice sub ipsa

Protegit. et ramis errantibus implicat Umbras

Duo me cūqz vocas. sequor ornite. nā mea sene. **Co**

Dum negat amplexus. nocturnaqz gaudia nobis:

Peruia cornigeri fecit sacraria fauni

Prome igitur calamos. et si qua recōdita seruas: Dr.

Nec tibi defuerit noua fistula quam michi nuper

Matura docilis compedit arundine sydon.

Et iam captate pariter successimus Umbrie.  
Sed quenam sacra descripta est pagina fago. Co  
Quā modo nescio quis properanti falce notauit?  
Alspicis ut virides etiam nunc littera rimas  
Seruet: et arenti nondum se laxet hiatus?  
Dirite fer propius tua lumina, tu potes alto  
Cortice descriptos citius percurrere Versus.  
Nam tibi longa satis pater internodia largus:  
Procerūqz dedit mater non inuidia corpus.  
Non pastor non hoc triuiali more Diator Dr.  
Sed deus ipse canit, nichil armentale resultat.  
Nec montana sacros distingunt iubila Versus.  
Mira refers, sed rūpe moras, oculoqz sequaci Co.  
Quam primum nobis diuinum perlege carmen.  
Qui iuga qui silvas tueor sacus ethere faunus Dr  
Hec populis ventura cano, iuuat arbore sacra  
Leta patefactis incidere carmina fagis.  
Dos o precipue nemorum gaudete coloni  
Dos populi gaudete mei, licet omne bagetur  
Securo custode pecus: nocturnaqz pastor

Claudere fraxinea nolit presepi a crate:

Non tamen insidias predator ouisibus ullas

Afferet: aut laxis abiget iumenta capistris.

Aurea secura cum pace renascitur etas.

Et redit ad terras tandem squalore situqz

Alma themis posito iuuenemqz beata sequuntur

Secula maternis causam qui suscit iulis.

Dum populos deus ipse reget: dabit impia vinctas

Post tergum Hellona manu: spoliataqz telis

In sua Desanos torquebit viscera morsus.

Et modo que toto ciuilia distulit orbe

Secum bella geret. nullos iam roma philippos.

Omnia tartaro subdentur carcere bella.

Immergentqz caput tenebris. lucemqz timebunt.

Candida pax aderit. nec solum candida voltu

Qualis sepe fuit. que libera marte professor

Que domito procul hoste: tamē crassantibus armis

Publica diffugit tacito discordia ferro.

Dmne procul vitium simulare cedere pacis

Iussit: et insanos dementia condidit ensis.

Nulla cathenati feralis pompa senatus  
Carnificum lassabit opus.nec carcere pleno  
In felix raro numerabit curia patres.  
Plena quies aderit.que stricti nescia ferri:  
Altera saturni reuocet latialia regna.  
Altera regna nume. qui primus ouantia cede  
Agmina romuleis et adhuc ardentia castris  
Pacis opus docuit.iussitqz silentibus armis  
Inter sacra tubas non inter bella sonare.  
Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris  
Nec vacuos tacitus fasces.etiam ne tribunal  
Accipiet consul.sed legibus omne reductis  
Ius aderit.moremqz fori voltumqz priorem  
Reddet.et afflictum melior deus auferet eum.  
Expulset quecunqz notum gens ima iacentem  
Erectumqz colit boream. quecunqz vel ortu  
Vel patet occasu.medio ve sub ethere seruit.  
Cernitis ut puro nox iam vicesima ceso  
Fulgeat et placidum radienti luce cometen  
Proferat ut liquidum nutet sine vulnere sydus:


No n̄ per strunqz polum sicut solet: igne cremato  
Spargit: et ardenti scintillat sanguine lampas.  
Et quondam non talis erat quum cesare rapto  
Indixit miseris fatalia cimibus arma.

Sci licet ipse deus romane pondera molis  
Fortibus excipiet sic incōcussa lacertis:  
Ut neqz translati sonitus fragor intonet orbis.  
Nec prius ex meritis defunctos roma penatis  
Lenseat: occasus nisi quum resperperit ortus.

Omne iādūdūm velut ipso numine plenus      Co  
Me quatit: et mixtus subit inter gaudia terror.  
Sed bona facundi Veneremur numina fauni.  
Carmina que nobis deus obtulit ipse canenda  
Dicamus. teretiqz sonum modulemur auena  
Forsitan angustas feret hec melibeus ad auris.

Explicit prima egloga Incipit secunda.

Pastores duo Astacus et idas emuli.

Poeta incipit. 

Mactam crotalen puer astacus: et puer et idas  
Idas lanigeri dominus gregis: astacus horti

Dilexere diu. formosus sterqz sed impar  
Doce sonans. terras ii cum grauis viceret estas:  
Ad gelidos fontis et easdem forte sub vlmis  
Conueniunt dulciqz simul contendere cantu  
Pignoribusqz parant. placet hic vt vellera septem  
Ille sui victus ne messem vindicet horti.  
Et magnum certamen erat sub iudice Thirso:  
Affuit omne genus pecudum. genus omne ferarū.  
Et quecunqz vagis altum ferit aera pennis.  
Conuenit umbrosa quicunqz sub ilice lentas  
Pascit oves. faunusqz pater. satyriqz bicornes.  
Affuerunt sicco Driades pede. Naiades vdo.  
Et tenuer esuos properantia flumina cursus.  
Desistunt tremulis incurvare frondibus euri.  
Altaqz per totos fecere silentia montis.  
Omnia cessabant illis certantibus ausa est  
Dedala nectareos apis interusere floris.  
Iamqz sub umbrosa mediis considerat ulmo  
Thyrsus. et o pueri me iudice pignora dixit  
Gritta sint moneo. satis hoc mercedis habeto:

Si laudem Victor si fert opprobria Victor.

Et nunc asternos magis ut distinguere cantus

Possitis ter quisqz manus iactate micantes.

Nec mora discernunt digitis. prior incipit idas.

Me siluan⁹ amat. dociles michi donat auenas. Id

Et mea frondenti circundat tempora teda.

Ille etiam paruo hoc dixit michi non lene carmen

Jam lenis obliqua crescit tibi fistula canna.

Et michi flore comas pariēti gramine spargit. Ast.

Et matura michi per amena sub arbore ludit.

Accipe dixerunt nymphē puer accipe fontis.

Nam potes irriguis mutare canalibus hortos.

Me docet ipsa pales cultū gregis: ut niger albe Id

Terga maritus ouis nascenti mutet in agna:

Que neqz diuersi speciem seruare parentis

Possit: et ambiguo testetur utruqz colore.

Non minus arte mea mutabilis induit arbos Ast.

Ignatas frondes: et non genitalia poma.

Ars mea nunc malo p̄pra temperat. et modo cogit

In sita precoquibus subrepere persica prunis

Ne teneras salices iuuat aut oleastrum putare. Id.

Et gregibus portare nouas ut carpere frondes

Condiscant. primoq; recidere gramina mortu.

Nec depulsa vagos querat fetura parentes.

Et michi cum fulvis radicibus altera tellus Ast.

Panditur. irriguo perfunditur area fonte.

Et satiatur aqua: succos ne forte priores

Languida mutata querant plantaria terra.

O si quis crotalen deus afferat: hunc ego tris Id.

Hunc ego syderibus solum regnare fatebor.

Dicam namq; nemus. dicamq; sub. arbore numeri

Hoc erit. ite procul sacer est locus. ite profani

Vrimur in crotalen si quis mea vota deorum Ast

Audiat: huic soli viridis quam gemeus undas.

Fons agit: et tremulo. percurrit lilia rivo.

Inter pampineas ponetur faginus ulmos.

Ne contene casas et pastoralia tecta. Idas.

Rusticus est: fateor: sed non est barbarus idas.

Sepe cadit vaporato michi cespite palpitat agnus.

Sepe cadit festis deuota palilibus agna.

Nos quoq; pomiferi lari bus cōsueuimus horti Ast  
Mittere primitias: et sundere siba priapo  
Rorantis fagos damus. et siuentia messa:  
Nec fere grata minus quā si caper imbuat aras:  
Mille sub v̄beribus palatis pascimus agnas. Id  
Totq; tarentine prestant michi vellera mattres.  
Per totum nūeus premitur michi caseus annum.  
Si venies crotale. totus tibi seruiet ornis  
Qui numerare velit q̄ multa sub arbore nostra Ast  
Poma legam: citius tenues numerabit arenas.  
Sēper olus metimus. nec bruina nec impedit estas.  
Si venias crotale totus tibi seruiet hortus  
Quis siccus ager sanguentis excoquat herbas Id.  
Sume tamen calathos mutanti lacte coactos.  
Vellera tunc dasim: is cum primum tempus apricū  
Surget. et a tepidis surget tonsura sialendis.  
Et nos quos etiam pretorūda numerat estas. Ast  
Mille renitenti dasimus tibi cortice thilas  
Lastaneaq; nuces totidem cum sole nouembri  
Maturis nucibus virides rumpentur echinni.

Nū p̄cor īformis vīdeor tibi: nū grauis ānis? Idas  
Decrepitusqz miser: quotiens molissima tango  
Dra manu. primi qz sequor vestigia floris.  
Nescius et fragili digitos lanugine fallo.  
Fontibus ī liquidis quotiēs me conspicio eē Ast  
Admiror totiens etenim sic flore iuente  
Induimus voltus; vt in arbore sepe notaui  
Lerea sub tenui lucere cydonia lana.  
Caria nec poscit. nec fistula sifit amori      Idas  
Sed fugit ecce dies reuocatqz crepuscula vesper  
Hinc tu daphni greges: illinc vocat Alpheus  
Iam resonat frondes. iam cratibus obstrepit arbos  
I procul o dorida primi qz reclude canalem  
Et sine iamdudum sitiens irriget hortos      Ast.  
Dix ea finierat senior quum talia thirsus. Poeta  
Eſte pares. et ob hoc concordes viuite. nam vos  
Et decor et cantus et amor sociavit et etas.

Desinit certantium emulatio et consiliatio

Incipit egloga tertia.

Interlocutores duo Jollas et Lycidas

Dnqđ i hac lycida vidisti forte iuuēcā Jollas.  
Halle meam: solet illa tuis occurere tauris.  
Et iam pene duas dum queritur eximit horas.  
Nec tamen apparet. duris ego perditā ruscis  
Iamdudum nullis dubitavi cura rubetis  
Scindere. nec quicqđ post tantum sanguinis egi.  
Non satis attendi neqđ enim vacat: vror iolla. Lp.  
Dior: et immodice. lycidam ingrata reliquit  
Phillis. amatqđ nouū post tot mea vulnera mopsū.  
Mobilior vētis o femina. sic tua phillis: Jol.  
Que sibi: nam nemini: si quando solus abesses:  
Mella etiam sine te iurabat amara videri:  
Altius ista querat: si forte vocabit: iolla Lp.  
Has pete nunc salices: et leuis flecte sub ulmos.  
Nam quum prata calent: illic requiescere noster  
Taurus amat. gelidaqđ iacet spaciatus in Umbria.  
Et matutinas reuocat palearibus herbas.  
Non equidē lycida qđ quis contemptus: abibo. Jol.  
Titpre quas dixi salices pete letus et illinc  
Si tamen inuenies deprehensam verbere multo

Huc age. sed fractum referas hastile memento.  
Nunc age dic lycida que vos tam magna tulere  
Jurgia: quis vestro deus interuenit amoris?  
Philliode contentus: tu solus testis iolla es. Ly  
Cassiroen spreui: quis cum dote rogaret.  
En sibi cum mopsso calamos intepere cera  
Incipit. et puer comitata sub ilice cattat.  
Hoc ego cum vidis: fateor: sic intimus arsi:  
Ut nichil vesterius tulserim. nam protinus ambas  
Deduxi tunicas. et pectora nuda recidi.  
Alcippen irata petit. dixitqz relicto  
Improbe te lycida: mopsum tua philliis amabit.  
Nunc penes alcippen manet. ac ne forte. bagetur:  
Ah vereor nec tam nobis ego philliida reddi  
Exopto: quod mopsso iurgetur anhelo.  
A te ceperunt tua iurgia. tu prior illi Jol.  
Victas tende manus. decet indulgere puelle  
Del quum prima nocent. si quid mandare iuuabit  
Sedulus irate contingam nunciis aures.  
Iamduum meditor quo philliida carmine placem. Ly

Forsitan auditu poterit mitescere cantu.

Et solet illa meas ad sp̄d̄era ferre camenās.

Dic age nā ceras tua cortice verba notabo go

Et decisa feram rutilanti carmina libro.

Has tibi philli p̄ces iam pallidus: hos tibi cāt<sup>o</sup> ly

Dat lycidas, quos nocte miser modulatur acerba.

Dum flet, et excusso dispergit lumina somno.

Non sic destructa macrescit turdus oliua.

Non lepus extremas legulus cum sustulit duas.

Ut lycidas domina sine philliē tabidus ero.

Te sine De domina michi lilia nigra videntur

Nec sapiunt fontes et dulcia vina bibenti.

At si tu venias. Et candida lilia fient.

Et sapient fontes, et dulcia vina bibenti:

Ille ego sum lycidas: quo tu cantante solebas.

Dicere felicem, quot dulcia sepe dedisti.

Dscula, nec medios dubitasti rumpere cantus.

Atqz inter calamitos errantia labia petisti.

Ah dolor: et post hoc placuit tibi tortida mōpsī

Dox, et carmē inops, et acerbe stridor auene:

Quem sequeris. quem philli fugis: formosior illo  
Dico. et hoc ipsum michi tu narrare solebas.  
Sum quoqz diuitior. certauerat ille tot hedos  
Pascere: quot nostri numerantur vespere tauri.  
Quid tibi que nostri referam: scis optima philli  
Quam numerosa meis siccatur buccula mulctris:  
Et qz multa suos suspendit ad ubera natos.  
Sed michi nec gracilis sine te fiscella salicto  
Texitur. et nulla tremuere coagula lactis.  
Quod si dura times etiam nunc verberaphilli:  
Tradimus ecce manus. sicut ille vimine torto  
Scilicet et lenta post tergum vite donentur.  
Ut mala nocturni religavit brachia mopsi  
Titpius. et medio furem suspendit ouisi.  
Accipe. ne dubita. meruit manus utraqz penas.  
His tamen iisdem manibus tibi sepe palumbos  
Sepe etiam leporem decepta matre pauentem  
Misimus in gremio. per me tibi lilia prima  
Contigerant. primeqz rose. Vix dum bene florem  
Degustabat apis: tu cingebare coronis.

Aurea sed forsan mendax tibi munera iactat.  
Qui metere occidua feralis nocte lupinos  
Dicitur: et cocto pensare legumina pane.  
Qui sibi tunc felix tunc fortunatus habetur:  
Vilia quum subigit manualibus hordea saxis.  
Quod si turpis amor precibus qd abominior istis  
Dbstiterit:laqueum miseri innectem⁹ ab illa  
Glice que primum nostros violauit amores.  
Hi tamen ante mala figentur in arbore Versus.  
Credere pastores lenibus nolite puellis.  
phillida mopsus amat. spicidas habet ultima rerū.  
Nunc age si quicq; miseris succurris iolla  
Profer et exora modulato phillida cantu.  
Ipse procul stabo. Vel acuta carice tectus:  
Vel proprius latitans vicina sepe sub ara  
Ibimus. et venies. nisi me presagia fallunt. Iol  
Nam bonus a dextra fecit michi titptus omen.  
Qui venit inuenta non irritus ecce iuuena.  
Interlocutores sunt coridon et me  
libeus amici pastores

Hid tacit⁹ Corido vultuq; subide minaci Me  
 Quid be sub hac platano quā gattuſ adſtrepit hūor  
 Inſectu ſtatione ſedes: iuuat humida forſan  
Ripa. leuatq; diem vicini ſpiritus amnis:  
 Caria nam dudum non que nemorale reſuſtēt Co  
 Dolumus o melibee. ſed hec quibus aurea poſſunt  
 Secula cantari. quibus et deus ipſe canatur.  
 Qui populos vribisq; regit pacemq; togatam.  
 Dulce quidem reſonans nec te diuersis apollo Me  
 Reſpicit o iuuenis. ſed magne munera rōme  
 Non ita cantari debent. Ut ouile menalce.  
 Quicquid id eſt ſiluſtre licet videatur acutis Co.  
 Auribus: et noſtro tantum memorabile pago  
 Dum mea rufititas ſi non vafet arte polita  
 Carmen: at certe valeat pietate probari  
 Rupe ſub hac eadē: quā p̄pima pinus obūbrat Me  
 Hec eadem nobis frater meditatus cmyntas  
 Quem vicina meis natalibus admonet etas  
 Jam puerum calamos et odore vincula cere Co  
 Jungere nunc cohibes lenibus quem ſepe cicutis

Ludere conantem: Vetusisti fronte paterna  
Dicentem coridon non te semel ista notaui Me.  
Frange puer calamos, et inanis desere musas.  
Et potius glandes rubicundaqz collige corna.  
Duc ad mulctra greges, et lac venale per urbem  
Non tacitus porta, quid enim libi fistula reddet?  
Duo taceare famez; certe mea carmina nemo  
Preter ab his scopulis ventosa remuratur echo.  
Hec ego confiteor dixi melibee, sed olim Co.  
Non eadem nobis sunt tempora, non deus idem,  
Spes magis artidet, certe ne fraga rubosqz  
Colligerem: viridiqz famem solarer hibisco:  
Tu facis, et tua nos asit indulgentia farie.  
Tu nostras miseratus opes, docilemqqz iuuentam  
Hyberna prohibes ieunia pellere fago.  
Ecce nichil querulum per te melibee sonamus.  
Per te secura satpri recubamus in umbra.  
Et fruimur siluis amaryllidos. Ultima nuper  
Littora terrarum: nisi tu melibee fuisse:  
Ultima visuri: tuicibus obnoxia mauris

Pascua germani: liquidis ubi cursibus ingens  
Dicitur occiduas impellere bactris arenas:  
Scilicet extreto nunc vialis in orbe iacerem:  
Ah dolor: et pecudes inter conductus iberas:  
Errita septena modularer sibila canna.  
Nec quisq; nostras inter dumeta camenas  
Respiceret. non ipse daret michi forsitan aurem  
Ipse deus vacuam longeq; sonantia vota.  
Scilicet extreto non exaudiret in orbe.  
Sed nisi forte tuas melior sonus aduocat auris:  
Et nostris aliena magis tibi carmina rident:  
Vis hodierna tua subigatur pagina lima.  
Nam tibi non solum futuros noscere nimbos:  
Agricolis qualemq; ferat sol aureus ortum  
Attribuere bei. sed dulcia carmina sepe.  
Concinis. et medio plus pulcher obumbrat apollo  
Quod tu si faueas trepido michi: forsitan illos  
Experiar calamos: heri quos doctus iossas  
Donauit. dixitq; truces hec fistula tam os.  
Conciliat. nostroq; sonat dulcissima fauno.]

Tityrus hanc habuit: cecinit qui primus in istis  
Montibus hyblea modulabile carmen auena.  
Magna petis coridon: si tityrus esse laboras. Me  
Ille fuit vates sacer. et qui posset auena  
Personuisse chelin. blande quoique sepe canenti  
Allusere fere. quoicunque substitit aduena quercus.  
Quem modo cantantem rutilo spargebat achanto  
Nais. et implicitas comabat pectine comas.  
Et fateor melibee deus. sed nunc michi phebus. Co  
forsitan annuerit. tu tantum commodus audi.  
Dicimus en quia te non aspernatur apollo. Me.  
Incipe. nam faueo. sed prospice ne tibi forte  
Timulata fragili respiret fistula buxo.  
Qua resonare solet si quando laudat alexis.  
Hos potius casamos. magis hos sectare canales  
Pro me qui dignas cecinerunt consule silvas:  
Incipe. ne dubita. Venit en et frater amytas.  
Cantibus iste tuis alterno succinat ore.  
Dicite. ne mora sit. Viciibusque reducite carmen.  
Tuqz prior coridon tu proximus ibis amytas.

Ab ioue principiss si quis canit ethera: sumat. Co.

Si quis atlantiaci molitur pondus olympi.

Alt nunc qui nostras presenti numine terras

Perpetuamqz regit viuendi robore pacem.

Letus et augusto felix arrideat ore.

Te quoqz facundo comitatus apolline cesar Ami.

Respiciat monies neu de dignetur adire:

Quos et phebus amat: quos iupiter ipse tuetur.

In quibus angustos visurus sepe triumphos:

Laurus fructiferat. Vicinaqz nascitur arbos.

Ipse polos etiam qui temperat igne geluqz Co.

Jupiter ipse parens quoi tu iam proximus ipse

Cesar habes: posito paulisper fulmine sepe

Tres a rura petit. Viridiqz reclusus in antro

Carmina dicteis audit currentia siluis Amyn.

Aspicis ut virides audito cesare silue

Conticeant: nemini quamvis urgente processar:

Scit deus in motis subito requiescere ramis.

Et dixi: deus hinc certe deus expulit euros.

Nec mora pharsalis soluerunt sibila canne.

Aspicis ut teneros subitus vigor excitet agnos? Co  
Utqz superfuso magis ubera lacte grauentur?  
Et nuper tonsis exudent ubera fetis?  
Hoc ego iam memini semel hac in Valle notaui:  
Et venisse pasen pecoris dixisse magistros.  
Sez omnis eū tellus gens omnis adorat. Amyn.  
Diligiturqz deis: quem sic taciturna ferentur  
Arbuta, cuius iners audito nomine tellus  
Incaluit, floremqz dedit, quois sisua vocato  
Densat odore comas, siupefacta regerminat arbos.  
Illiū ut primum senserunt numina terre:  
Cepit et uberior succis fallentibus olim  
Luxuriare seges, tandemqz legumina plenis,  
Vix resonant siliquis: nec prefocata malignum  
Messim habet solium, nec inertibus albet auenis.  
Nam neqz damnatos metuit iactare ligones. Am  
Fossoz, et inuento si sors dedit: utitur auto.  
Nec timet ut nuper dum iugera versat arator:  
Ne sonet offenso contraria domere massa.  
Namqz palam presso magis ac magis instat aratio

Ille dat ut primas cereri dare custer aristas      Co  
Possit. et intacto bromium perfundere vino.  
Ut nudus ruptas psallat calcator in duas.  
Ut quoqz turbia bono plaudat saginata magistro  
Qui facit egregios ad peruvia compita ludos.  
Ille meis pacem dat montibus ecce per illū Amyn.  
Seu cantare iuuat: seu ter pede lenta ferire  
Carminaldūllas licet et cantare choreas.  
Et cantus viridante licet michi pondere libro.  
Turbida nec calamos exsudant classica nostros.  
Numine cesareo securior ipse speo      Co.  
Pan recolit silvas. et amena faunus in Umbria  
Securus recubat. placidoqz in fonte lauatur  
Natis. et humanum non calcatura cruentem  
Per iuga siccato velox pede currit oreas.  
Dū pcor hūc iuuē quē vos nisi fallor ab ipso Elmī.  
Ethere misistis. post longa reducite vite  
Tempora. vel potius mortale resolute pensum.  
Et date perpetuo celestia fila metallo  
Sit deus. et nos sit pensare palatia celo.

Tu quoq; mutata seu iupiter ipse figura Co.  
Desar ades. seu quis superum sub ymagine fassa  
Mortaliq; lates: viuas: et hunc precor orbem  
Hos precor eternus populos rege. sit tibi celi  
Vilis amor ceptamq; pater ne desere terram.  
Rustica credebam nemoralis carmina nobis Me.  
Concessisse deos. et obesis auribus apta.  
Verum q; paribus modo concinuistis auenis.  
Tam liquidum tam dulce canunt: ut non ego malo  
Quod peluina sonant examina lambere nectar.  
O michi q; tenero decurrunt carmina Versu. Co.  
Tunc melibee sonant: si quando in montibus istis  
Dicat habere larem. si quando nostra videre  
Pascua contigerit. Velit nam sepius aurem  
Inuida paupertas. et dixit vilia cura.  
Et tu si qua tamen non aspernada putabis Amyn  
Fer melibee deo mea carmina nam tibi fas est  
Sacra palatini penetralia visere phebi.  
Tu michi talis eris: qualis qui dulce sonantem  
Troniani siluis dominam deduxit in urbem.

Ostenditq; deos. et spredo. dixit olio

Tipturam prius. sed post. cantabimus arna.

Respiciat nostros utinam fortuna labores. Me

Pulchrior et mente faueat deus ipse iuente.

Nos tamen interea tenerum mactabimus hedum.

Et pariter subite peragemus fercula cene.

Nunc ad flumen oues deducite. iam fremit estas

Sā sol cōtractas pedibus magis admonet umbras

. S<sup>a</sup>. In pñti egloga dñc p̄cepta pastoralia filio a pa  
tre: et est didascalica unus enim pater tm̄ loquitur.

Dite mycon senior canthusq; myconis alun⁹

Torrentem patula vitabant arbore solem.

Quum iueni senior precepta daturus alumno

Talia verba refert tremulis titubantia labris.

Quas errare vides inter dumeta capellas

Canaq; lasciuo concidere gramina morsu

Canthe puer quos ecce greges a monte remotos

Cernis in aprico decerpere gramina campo

Hos tibi do senior iueni pater ipse iuendos.

Accipe. iam certe potes insudare labori.

Jam pro me gnauam potes exercere iuuentam  
Aspicis ut nobis iamduum mille querelas  
Afferat: et batulum premat inclinata senectus.  
Sed qua lege regas et amatis lustra capellas:  
Et melius pratis errantis molibus agnas  
Percipe. Vere nouo quum iam tinnire volucres  
Incipiunt: nidosqz reuersa habitabit hysrudo:  
Protinus hyberno pecus omne mouebis ouisi.  
Tunc etenim tota vernanti gramine silua  
Pusslat: et estiuas reparabilis inchoat umbras.  
Tunc florent silue. Vixidisqz renascitur annus  
Tunc venus et calidi scintillat feruor amoris.  
Lasciumqz pecus salientis accipit hircos.  
Sed no ante greges in pascua mittito clausos  
Quam fuerit placata pales. tum cespite viuo  
Pone focum. geniumqz foci. faunumqz. laremqz.  
Salso ferre voca. tepidos tunc hostia cultros  
Imbuat. ac etiam dum viuit ouisia lustra.  
Nec mora tunc campos ouibus. dumeta capellis  
Orto sole dabis: simul hunc accedere montem

Ceperit et prime spaciū te pefecerit ore.  
At si forte datus dum matutina relaxat  
Frigora sol: tumidis spument tibi mulctra capillis  
Implebis quod messe fluat. cursusqz premetur  
Mane: quod occidue mussura redegerit hore.  
Parce tamen fetis. nec sint compendia tanti:  
Destruat ut niueos venalis caseus agnos.  
Nam tibi precipuo fetura colatur amore.  
Te quoqz non pudeat quim serus ouisla vises:  
Si qua iacebit ouis: partu resoluta repenti:  
Hanc humrrie portare tuis. natosqz repenti  
Ferre simu tremulos: et nondum stare paratos  
Nec tu longinquis procul a presepibus herbas:  
Nec nimis amote sectare ad pabula sisue  
Dum peragit verum iouis inconstantia tempus.  
Veris enim dubitanda fides, modo fronte serena.  
Blandius arrisit. modo cum caligine nimbos  
Intulit et miseris tondentibus abstulit agnas.  
At quim longa dies sicutientibus afferet estus:  
Nec fuerit variante deo mutabile celum:

Jam siluis committe greges. iam longius herbas  
Quere. sed ante diem pecus eveat. humida dulcis  
Efficit aura cibos: quoniam fugientibus euris  
frigida nocturno tinguntur pascua rore.  
Et matutine lucent in gramine gutte. )  
At simul arbute nemus increpuere cicade:  
Ad fontem compelle greges. nec protinus herbas  
Et campos permitte sequi. sine protegat illos;  
Interea veteris que porrigit esculus Umbrias.  
Derum ubi declivi iam noua tepescere sole  
Incipiet: sereqz videbitur hora merende:  
Rursus pasce greges. et opacos desere fucos.  
Nec prius estiuo pecus includatur ouili:  
Quam leuibus nidis somnos captare volucris.  
Cogitet: ac tremuli tremebunda coagula lactis.  
Succida iam tereti constringere vellera iunco.  
Quum iam tempus erit maternas demere lanas:  
Hircorumqz iubas. et orentis cedere basbas.  
Ante tamen secerne pecus gregibusqz notatis  
Cosimilis include comas. ne longa minutis:

Mollia ne duris: coeant ne candida fuscis.

Sed tibi cum vacuas posito velamine costas

Denuoabit ouis: circumspice ne sit acuta

Forfice lefa cutis, tacitum ne pusilla viuis

Teperit occulto sub vulnere, que nisi ferro

Rumpitur: ah miserum fragili cubigine corpus

Corrodet sanies, et putrida contrahet ossa.

Prouidus hec monco diuentia sulphura tecum

Et scylle caput, et buxtata bitumina porta.

Ulceribus saturus opem, nec brutia desit

Dura tibi, et liquido simul vnguine terga memeto

Si sint rasa linea, vni quoqz pondere molle

Argentum coquito lentumqz bitumine aheno:

Impressurus oui tua nomina: nam tibi litis

Auferet ingenti lectus possessor ouli.

Tunc etiam cum siccus ager: dum feruida tellus:

Dum rimosa palus: et multo torrida limo

Estuat: et fragilis nimium sol puluerat herbas:

Lurida conueniet succendere galbana septis.

Et tua ceruino lustrare mapalia sumo.

Dofuerit malus iste odor anguis ipse videbis  
Serpentum cecidisse minas. non stringere dentis  
Ulla potest vincos: sed inanis debilis ore  
Marcet. et obtuso iacet exarmata veneno.  
Nunc age vicine circumspice tempora brume:  
Qua ratione geras: aperit cum vinea sepes:  
Et portat lectas securus vinitor vias:  
Incipe fasce nemus viuasqz recidere frondis.  
Tunc opus est teneras summatis stringere virgas  
Tunc debes seruare comas: dum permanet humor.  
Dum viret. et tremulas no excutit affricus umbras  
Ast tibi conueniet tepidis fenibus olim  
Promere: cum pecudis extremus clauserit anus  
Sic tibi intendum est. labor hoc in tempore noster:  
Gnauaqz sedulitas venit. et pastoria virtus.  
Nec pigeat ramos siccis miscere recentes.  
Et succos adhibere nouos: ne torida nimbis  
Instet hyems nimioqz gelu niuibus coactis  
Incurvare belis vinen et constringere frondis.  
Tu tamen aut leuis horedas: aut molle salictum

Dalle premes gelida satis est pensanda tuorum  
L'anthe gregum viridante. cibo nichil aridus illis  
Ingenti positus quis stue proft acerius.  
Virgea si desint liquido turgentia succo.  
Et quibus est aliquid plene vitale medusse.  
Precipue gelidum stipulis et fronte caduca  
Sterne solum ne forte rigor penetrabile corpus  
Vrat. et interno hastet penetralia morbo.  
Plura quidem monuisse velim. nam plura supersunt.  
Sed iam sera dies cadit. et iam sole fugato  
Frigidus estiuas impellit noctifer horas.

¶ In hac egloga interlocutores sunt Hastillus  
et lycidas pastores emuli et dissidentes.  
Ecce ades lycida. mo nictilus & puer Alco ha  
Certauere sub his alterno carmine ramis.  
Judice me. sed non sine pignore nyctilus hedos  
Juncta matre dedit. catulum dedit ille leene.  
Gurauitqz genus. sed sustulit omnia Victor.  
Nyctilon et cantu ruidis exuperauerit alcon      1p.  
Hastile credibile est. Ut vincat acanthida cornix:

Docalem superet si turpior aedona bubo.

Te potiar crotale:qua nunc ego maceor Ena.

Si magis aut docili calamorum noctilios arte

Aut cantu magis est q̄ Voltus proximus illi.

Quā nunc decipior te iudice:panetas alter

Denit:et hirsuta spinosior histrice barba.

Candidus alter erat leuiq̄ decentior quo.

Et viridans oculis.cinemq̄ simulimus auro.

Qui poss̄ dīci:si non cantaret apollo.

Olycida si quis tibi carminis v̄sus adesset: Ha

Tu quoq̄ laudatum posses alconia probare.

Vix igitur quoniam nec nobis improbe pares Ly.

Ipse tuos iudep̄ calamos committere nostis:

Vix conferre manus:vel veniet arbiter alcon.

Vincere tu quenq̄:vel te certamine quisq̄ Ha

Dignetur:qui vix stillantis aride voces

Rumpis.et expellis male singulantia verba.

Fingas plura sicut:nec enim potes improbe vbo Ly

Exprobare mihi.sicut tibi multa lycontas.

Sed quid opus vana consumere tempora site.

Ecce venit minasylus. erit nisi forte recusas  
Arbiter. iusta nunc non credulus improbe verbis  
Malueram fateor vel predam nactus abire. Ha  
Quam tibi certanti partem committere vocis.  
Nec tamen hoc impune feres. en aspicis illum  
Candida qui mesius cubat inter lilia ceruum?  
Quamuis huc petale mea diligat: accipe Victor:  
Scit frenos et ferre iugum. sequiturqz vocantem  
Credulus. et mense non improba porrigit ora.  
Aspicis ut fruticat late caput. Utqz sub ipsis  
Lucet et a dorso que totam circuit aluum  
Alternat hitreas lateralis cingula bullas.  
Cornua subtiles ramosaqz tempora molles  
Implicuere rose. rutiloqz monilia torque  
Extrema ceruice notant. Vbi pendulus apri  
Dens sedet. et niuea distinguit pectora luna.  
Hunc ego qualemque vides: in vase pacisco  
Pendere: dum sciat hic non se sine pignore Vinci.  
Terreri minasylle suo me munere credit      Ip.  
Aspice quam timeam. genus est ut scitis equarum.

Non iugale michi quatum de sanguine ponam  
Desloci petason qui gramina matre relicta:  
Nunc primum teneris libauit dentibus illi  
Terga sedent. micat acre caput. sine pondere certu[m]  
Et tornata breui substringitur. Ungula cornu.  
Ungulaq[ue] viridi sic exultauit in artu.  
Et vacat et vestros cantus audire iuuabit. Ma.  
Judice me sane contendite: si libet istuc  
Protinus ecce thorum fecere sub illice muse.  
Sed ne vicini nobis sonus obsteperat annis: Ha  
Gramina linquamus. ripamq[ue] volubilis. Vnde.  
Namq[ue] sub exeso raucum michi punice lymphae  
Respondent. et obest arguti glarea riui.  
Si placet: antra magis vicinaq[ue] sapa petam. Ip  
Sapa quibus viridis stillanti vellere muscus  
Dependet. scopulisq[ue] canum sinuantibus arcu[m]  
Imminet exesa velsuti testudine concha.  
Denimus et tacito sonitus ructabimus antro Ha.  
Seu residere libet: dabit ecce sedilia tophus.  
Ponere seu cubitum: melior viret herba lapillis.

Nunc michi seposita reddantur carmina lute. Ma  
Nam vicibus teneros malim cantetis amores.

Hastile tu petalem tu lycida philliada lauda.

Tu modo nos ipse iam nūc manapsille pcamur Ha  
Eluribus excipias: quibus hūc et achantida nuper  
Diceris in siluis iudex audisse thalia.

Non equidem possum quum prouocet iste tacere Ly  
Rumpor enim merito. nichil hic nisi iurgia querit.

Auditat. aut dicat: quoniā cupit. hoc michi certe Ha  
Dulce satis fuerit lycidam spectare trementem.

Dum te stante palam sua carmina pallidus audit.

Ne puto vicinus stimicon me proxim⁹ aegō Ly.  
Hos inter frutices et tacite risere: volentem  
Discula cum tenero simula vitilia mopsō.

Fortior o vitinam iudex manapsillus adesset: Ha  
Efficerem ne te tibi quisq; turpior esset.

Quid facitis: que vos insania tendere iussit: Ma.

Si vicibus certare placet. sed non ego habis  
Arbiter. hoc alius possit discernere iudex.

Et venit ecce micon. Venit et vicinus iossas.

Litibus hi vestris poterunt imponere finem.

In hac egloga tractatur magnificētia vībis et lū.  
dōx īperatoris: īclōcutores lycotas et corpōn aīci.

Ent̄ ab vībe venis corpō. vicesima certe Ly  
Noy fuit: ut nostre cupiunt te cernere silue.

Et tua merentes expectant iubila tauri.

D̄ piger et duro iam durior osse lycota: Co.

Qui vēteres fagos nouaqz spectacula manuis  
Cernere: que patula iuuenis deus ardet arena.

Mirabar que tanta foret tibi causa morandi, Ly.

Cur tua cessaret taciturnus fistula siluis.

Et solus stymicon caneret fallente corimbo.

Quem sine te mesti tenero denauimus hedo.

Nam dum lentus abes: lustravit ouilia thyrſus:

Gussit et arguta iuuenis certare cicuta.

Scilicet invictus stimicō et premia diues Co

Auerat. accepto non solum gaudeat hedo.

Verum tuta ferat que lustrat ouilia thyrſus.

Non tamen equabit mea gaudia. nec michi si quis

Omnia lucane donet pecuaria silue:

Grata michi fuerint: quam que spectamus in Urbe.  
Dic age dic corpon. nec nostras inuidus auris Ly.  
Despice. non aliter certe michi dulce loquere:  
Quam certare solet quotiens ad sacra vocatur  
Aut secunda pales: aut pastoralis apollo.  
Didimus in celum trabibus spectacula teptis Co.  
Surgere. tarpetum prope despectantia culmen.  
Immensosqz gradus: et diuos lene iacentis.  
Venimus ad sedes ubi pulla sordida veste  
Inter feminineas spectabat turba cathedras.  
Nam quecunqz patent sub aperto libera celo  
Aut equos: aut niuei loca densauere tribuni.  
Qualiter hec patulim contendit Vallis in orbem:  
Et sinuata latus resupinis undiqz siluis:  
Quid tibi nunc referam: que vix suffecimus ipsi  
Per partis spectare suas. it undiqz fulgor  
Percussit. stabam desipus et ore patenti:  
Lunctaqz mirabar: nec dum bona singula noram  
Tum michi dum senior lateri qui forte sinistra  
Junctus erat: quid me stupefactum rustice dixit

Ac tantas mireris opes: qui nescius auri  
Sordida tecta dabas et sola mapalia nosti:  
En ego tam tremulus et vertice canus et ista  
Factus in Urbe senex stupeo tamen omnia certe.  
Vilia sunt nobis quecunqz prioribus annis  
Didimus, et sordet quicquid spectauimus olim.  
Balteus en ḡemis en illita porticus auro  
Certatim radianti necnon ubi finis arene  
Propima marmoreo peragit spectacula muro  
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis.  
Et colit in rotulum tereti qua lubricus assēm  
Dentibus equatis et erat michi crede sp̄cota  
Siqua fides nostro dens longior omnis aratro.  
Ordine quid referam: Vidi genus omne ferarum  
Hic niveos lepores, et non sine cornibus apros.  
Nycticanam siluis etiam quibus editur alcen.  
Didimus et tauros quibus aut ceruice leuata  
Deformis scapulis taurus eminet aut quibus hirte  
Factantur per colla iube, quis aspera meto  
Barba iacet, tremulisqz rigent palearia setis.

Non solum nobis silvestria cernere monstra

Contigit equoreos ego cum certantibus ursis

Spectauitibus et equorum nomine dignum

Sed deforme pecus quod nil o pascitur amni.

Qui sata riparum venientibus irrigat undis.

Ah trepidi quotiens nos descendantis arene

Vidimus in partis rapteqz voragine terre

Emeruisse foras et in iisdem sepe latebris

Aurea cum croceo creuerunt arbuta libro.

O felix coridon quem non tremebunda senectus

Impetit o felix quod in hec tibi secula primos

Indulgente deo dimittere contigit annos.

Nunc tibi si proprius venerandum cernere numen

Sors dedit et presens vultumqz habitumqz notasti

Dic age dic coridon que sit michi forma deorum.

O vestinam nobis non rustica vestis inesset:

Lo.

Didisset propius mea numina sed michi sordes

Nudaque paupertas et adunco fibula morsu

Obscurunt: vestiqz tamen consperimus ipsum

Longius ac nisi me decepit visus: in uno

Et martis vultus et apollinis esse putatur.

In hac egloga tractant laudes melibei vita defun  
cti.interlocutores amytas et titpus amici

A.  
8.

Vm fiscella tibi fluvia titpre iuncto Amyn.

Tepitur.et raucis imitatur rura cicadis:

Incipe si quid habes gracili sub arundine carmen

Compositum.nam te calamos inflare fabello

Pan docuit.Versusqz bonus tibi fauit apollo.

Incipe dum salices hedi:dum gramina vacce

Detundent.Viridiqz greges promittere campo

Et ros et primi suadet clementia solis.

Hos annos canamqz meam michi care senecta Tp

Tu iuuenis:carusqz deis michi carmina cogis:

Diximus:et calamis Versus cantauimus olim:

Dum secura hylares etas ludebat amores.

Nunc album caput:ac Veneres stupuere sub annis.

Gam mea ruricole dependet fistula fauno.

Et nunc rura sonant.nuper nam carmine victori

Risisti calamos:et dissona carmina mopsi:

Judice me:mecum senior melibeus:Utrumqz

Audierat laudesqz tuas sublime ferebat.  
Quē nunc emerite permensus tempora vite  
Secreti pars urbs habet: mundusqz piorum.  
Quare age si qua tibi melibei gratia vivit Amī.  
Dicat honoratos predulcis tibia manes.  
Et parere decet iussis. et grata iubentur.  
Nāqz fuit dignus senior: quem carmine pheb⁹ Ti.  
Pan calamis: fidibus linus: modulatis orpheus:  
Concinerent. atqz acta viri laudesqz sonarent.  
Sed quia tu nostre musam depositis auene:  
Continet inciso quercus mea carmina libro.  
Dic age: sed nobis ne vento garrula pin⁹ Amī.  
Obstrepat: has ulmos potius: fagosqz petamus.  
Hic cantare libet. viridis nam subigit herbas  
Mollis ager. lateqz tacet nemus omne quieti.  
Aspice ut ecce procul decerpant gramina tauri.  
Omni parens ether: et rerum causa liquores Tity  
Corporis: et genitrix tellus: vitalis: et aer:  
Accipite hos calamos. atqz hec nostro melibeo  
Mittite: si sentire datur post fata quietis.

Nam si sublimes anime: celestia templa  
Sydereasq; colunt sedes, mundoq; fruuntur:  
Tu nostros aduerte modos: quos ipse benigno  
Pectore souisti: quos tu melibee probasti.  
Longa tibi cunctisq; diu spectata senectus:  
Felicesq; animi: nostriq; nouissimus eui  
Circulus: innocue clauerunt tempora vite:  
Nec minus hinc nobis gemitus: lachrymeq; fuere:  
Quam si florentis mors inuida pelleret annos.  
Nec tenuit talis communis causa querelas.  
Heu melibee iaces letali frigore segnis  
Lege hominum: celo dignus canente senecta.  
Consilioq; deus plenum tibi ponderis equi  
Pectus erat, tu turicolum discernere lites  
Assueras: varias patiens mulcendo querelas.  
Sub te turis amor: sub te reuerentia iusti  
Floruit, ambiguos signauit terminus agros.  
Blanda tibi vultu grauitas, et mite serena  
Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.  
Tu calamos aptare labris coniungere cera

Oratus: duras docuisti fallere curas.  
Nec segnem passus nobis marcere iuuentam:  
Sed abas meriti non vilia premia muse.  
Sepe etiam senior: ne nos cantare pigeret  
Letus phorbea dixisti carmen auena.  
Felix o melibee vale tibi frondis odore  
Munera dat laurus carpens ruralis apollo.  
Dant fauni quod quisq; valet de vite racemos,  
De campo culmos. omniq; ex arbore fruges.  
Dat grandeua pales spumantia cimbia lacte.  
Mala ferunt nymphæ. pietas dat flore coronas.  
Manibus hic supremus honos: dāt carmina muse  
Carmina dant muse. nos te modulamur auena.  
Siluestris nunc te platanus melibee susurrat.  
Te pinus reboat. te quicquid carminis echo  
Respondent silue. te nostra armenta sequuntur.  
Namq; prius siccis foce nascentur in aruis  
Hirsutusq; freto viuet lene: dulcia mella  
Sudabunt taxi: confusis legibus anni  
Ante dabit floris autumnus nec dabat huas

Messein tristis hymnis:estas tractabit osiuas:  
Quam taceat melibee tuas mea fistula laudis:  
Perge puer. ceptū tibi neu desere carmen. Amī  
Nam sic dulce sonas: ut te placatus apollo  
Prouehat et felix dominam perducat ad urbem.  
Namqz hic in siluis presens tibi fama benignum  
Strauit iter rumpens liuoris nubila plena.  
Sed iam sol dimittit equos de culmine mundi Ti  
flumineos suadens gregibus prebere liquoris.

In hac egloga cantantur amores pueriles inter amicos pastores Idan qui et Astacus et Alconem in. J.  
qua etiam Poeta ipse loquitur.

Dimosam donacē puer astac⁹ & puer alscō Po.  
Audebant ruidibus annis incensus vterqz  
Iū donaces Venerem furiata mente ruesbat.  
Hanc cum vicini foris in Vallibus horti  
Carperet: et molli gremium compleiet achanto:  
Inuasere simul Veneris imbutus vterqz  
Tunc primum dulci carpebant gaudia surto.  
Hinc amor et pueris iam nunc puerilia vota.  
Quis anni ter quinqz hymnes & cura iuuente,

Sed postquod donacen duri clausere parentes:  
Quod non tam tenui filo de voce sonaret  
Solllicituqz foret sanguis onus:improba certuqz  
Suffususqz rubor crebro.Veneqz tumentes.  
Tum vero ardentes flammati pectoris estus:  
Carminibus dulciqz parant relevare queresa.  
Ambo euo cantuqz pares.nec disparate forma:  
Ambo genas leues:intonsi crinibus ambo.  
Atque sub hac platano mesti solacia casus  
Alternant.idas calamis.et versibus alcon.  
Que colitis silvas dryades:queqz antra napee Ib  
Et que marmoreo pede naiades vda secantes  
Littora purpureos alitis per gramina floris:  
Dicite quo pacto donacen qua forte sub Umbria  
Inueniam roseis stringentem lilia palmis  
Nam me iam trini petierunt ordine soles:  
Ex quo consueto danacen expecto sub antro.  
Interea tanque nostri solamen amoris  
Hoc foret:aut posset rapidos medicare furores:  
Nulla mee trinis tetigerunt gramina vacce.

Luciferis nullo samberunt amne liquores.  
Siccaqz seratū lambentes ubera matrum.  
Stant vituli et teneris mugitibus atria complent.  
Ipse ego nec molli iunco nec vimine lento  
Perfeci casatos cogendi lactis in usus.  
Quid tibi que nosti referam scis mille iuuencas  
Esse michi. nosti nunqz mea mulctra vacare.  
Idas ille ego sum donace quois sepe dedisti  
Dscula. nec medios dubitasti rumpere cantus.  
Atqz inter calamos errantia labia petisti.  
En heu nulla mee te tangit causa salutis.  
Pallidior buxo viole simillimus atre  
Omnis ecce cibos et nostri pocula bachi  
Horreo. nec placido memini concedere somno  
Te sine beh misero michi lilia nigra videntur.  
Pallentesqz rose nec dulce rubens iacynthus  
Nullos nec myrtus nec laurus spirabit odores.  
Et tu si venias et candida lilia fient.  
Purpureeqz rose. et dulce rubens iacynthus.  
Tunc michi cum myrto laurus spirabit odores.

Nam dea pallas amat turgentis sanguine baccas.  
Dum bacchus vites deus:et sata poma priapus  
Pascua leta pales. idas quoqz diliget duam.  
Hec idas calamis. nūc que responderit alcon poeta  
Versu:phebe refert. sunt aurea carmina phebo.

D montana pales:o pastoralis apollo: Alco  
Et nemorum siluane potens:et nostra dione  
Que iuga cessa tenes ericias:quoi cura iugales  
Concubitus hominum totis connecture seclis:  
Quid metu:cur me donace formosa relinquit.  
Munera namqz dedi noster que non dedit idas.  
Docalem longos que duceret aedona cantus.  
Que licet interdum contexto vimine clausa:  
Quum prae patuere fores:ceu libera ferri  
Mouit:et agrestis inter solitare volucres:  
Scit rursus remare domum.tectumqz subire.  
Viminis et caueam totis preponere siluis.  
Preterea tenerz seporem:geminosqz palumbos:  
Super que potui siluarum premia misi:  
Tu post hec donace nostros contemnis amores

Forsitan indignum ducis: quod rusticus a scon  
Te cupiam: qui mane boues in pascua ducam.  
Dii pecorum pauere greges: formosus apollo.  
Pan doctus. fauni bates. et pulcher adonis.  
Quinetiam fontis speculo me mane notaui.  
Non dum purpureos phebus quum tolleret ortus:  
Nec tremulum liquidis splenderet lumen in Undis.  
Quod vidi: nulla tegimur lanugine masas.  
Pascimus et crimen. nostro formosior ida  
Dicor. et hoc ipsum michi tu narrare solebas.  
Purpureas laudando genas: et lactea colla.  
Atqz hylaris oculos: et formam puberis eui.  
Neasumus indocti. calamis cantamus auene.  
Titprus e siluis dominam peruenit ad Urbem.  
Nos quoqz te propter donace cantabimur ibi.  
Si modo coniferas inter Viburna cupressos  
Atqz inter pinos corplum frondescere fas est.  
Sic pueri donacem toto sub sole canebant: Poeta  
frigidus e siluis donec discedere suavit  
Hesperus: et stabulis pastos inducere tauros.

In hac egloga pan inducit catare laudes ac mite  
et ra dei bachi nyctilo et micone audiētib⁹ cū amynta  
10 nyctilus ac micō:necnon et pulcher amītas Po  
Torrentem patula vitabant illice solem.

Quum pan venatu fessus recubare sub ulmo  
Ceperat:et somno lassatas sumere vires.

Quem super e tereti pendebat fistula ramo.

Hanc pueri:tanq; predam pro carmine possent  
Sumere, fasq; esset calamis tractare deorum.

Inuadunt furto. sed nec resonare canorem  
Fistula quem sueuit:nec vult contexere carmen.

Sed pro carmibus male dissona sibila reddit.

Tum pan excussus sonitu stridentis auene:

Jamq; videns pueri si carmina poscitis inquit pā

Ipse carnam. nulli fas est inflare cicutas

Quas ego menalus cera coniungo sub antris.

Jamq; ortus lenee tuos et semina vitis

Didine detepam. debemus carmina bacho

Hec fatus:cepit calamis sic montiuagus pan.

Te cano qui grauidis ederata fronte coribis

Vitea ferta plicas. qui compto palmito tigris  
Ducis: odorato perfusus colla capillo:  
Vera iouis proles: iam tunc post fulmina celo  
Sola iouem semele vidit: iouis ora professum.  
Hunc pater omnipotens venturi prouidus eui  
Protulit. et iusto prodixit tempore partus.  
Hunc nymphae fauniqz senes satyriqz procaces.  
Hosqz etiam nymphae viridi nutrissis in alto.  
Quin et silenus parum venatus alumnus  
Aut gremio souet: aut resupinit sustinet vlmis.  
Et vocat ad risum digito motuqz quietum  
Quoi deus attidens horrentis pectore setas  
Vellicat. aut digitis auris astringit acutas.  
Applauditqz manu mutilum caput: aut breue metu  
Et summas tenero subducit pollice naris.  
Interea pueri florescit pube iuuenta.  
flauaqz maturo timuerunt tempora cornu.  
Tum primum letas ostendit pampinus lucas.  
Mirantur satyri frondis et poma lyei.  
Tunc deus: o satyri maturos carpite fructus:

Dixit et ignotos pueri calcate racemos.

Dix hec audierant decerpunt vitibus buas.

Et portant calathis. celeriqz illidere planta

Concaua sava super properant. Sindemia feruet

Collibus in summis crebro pede rumpitur bua.

Vdaqz purpureo spargimur pectora musto.

Tum satyri lasciva cohors sibi pocula quisqz

Obvia corripiunt. quod fors dedit hoc capit h̄sus.

Cantharon hic retinet. cornu bibit alter adunco.

Concauat ille manus. palmasqz in pocula vertit.

Pronus at ille lacu bibit. et crepitantibus haurit

Musta labris. aliis venalia cymbala mergit.

Excipit ac potus. saliens liquor ore resultat.

Altqz aliis latices pressis resupinus ab vui s.

Spumeus inqz humeros et pectora defluit humor.

Omnia ludus habet cantusqz chorosqz licentes.

Et Venerem iam vina mouent. raptantur amantes

Concubitu satyri fugientis iungere nymphas.

Gam iamqz elapsas hic crine hic veste retentat.

Num primum roseo silenus cimbia musto

Plena senex auide non equis vitibus hausit.

Ex illo venas inflatus nectare dulci:

Hesternoqz grauis semper ridetur iaccho.

Quin etiam deus ille deus ioue abnatus ipso

Et plantis duas premut. et de vitibus hastas

Ingerit: et lynchi prebet crathera bibenti.

Hec pan menalia pueros in valle docebat. Poeta

Sparsas donec quis campo conducere in unum

Nop iubet: uberibus suadens siccare liquorem

Lactis. et in riveas ad strictum cogere glebas.

In hac ecloga lycidas et mopsus amores suos q  
relis desperati prosequuntur. Meroes mopsus et ly  
cidas iolle.

11. a.

Dpulea lycidas nec non et mopsus in Umbria

Pastores. calamis ac versu doctus vterqz:

Nec truius se sonans: proprios cantabat amores.

Nam mopsus meroe: lycide crinitus iollas

Ignis erat: parilisqz furor de dispere sepul:

Dogebat trepidos totis discurrete siluis.

Hos puer ac meroe multum suscere furentis:

Dum modo condictas vitant in bassibus vmos:

Hunc sagos placidas fugiunt promissaqz fallunt  
Antra.nec est animus solitos alludere fontis.  
Tum tandem fessi quos lusus et edit et ignis  
Sic sua desertis mandarunt vellera siluis.  
Inqz vicem dulcis cantu dixeret quetesas.  
Immitis meroe rapidisqz sugatior euris: Mo.  
Cur nostros calamos:cur pastoralia vitas  
Carmina:quem de fugis: que me tibi gloria victor:  
Quid vultu veniens pmis:ac spem fratre serenas:  
Tandem dura negas.non possum nosse negantem  
Cantet amat quod quisqz:leuant et carmina curas.  
Respicere tandem puer o crudelis iolla. Ly.  
Non hoc semper eris.perdit et gramina floris.  
Perdit spina rosas.nec semper lilia cudent.  
Nec solum tenet tua comas.nec populus umbras.  
Donum forma breue est.nec se tibi comodat annus  
Cantet amat quod quisqz:leuant et carmina curas  
Cerua marem sequitur.tauru formosa iuuēca. Mo  
Et venerem sensere lufe.sensere leene.  
Et genus aerium volucres.et squamea turba.

Et montes silueqz. suos habet arbor amores.

Tu tamen una fugis. miserum tu perdis amantē.

Cantet amat quod quisqz: leuant et carmina curas

Dmnia tēpus alit. tempus rapit. Vsus in arto ē. Lp

Her erat. et vitulos vidi sub mātribus istos.

Qui nunc pro niuea coiere in cornua vacca.

Et tibi iam timide nares iam fortia colla:

Jam tibi bis denis numerantur mēsibus anni. 1

Cantet amat quod qui sqz: leuant et carmina curas

Huc Meroe formosa veni. vocat est i Umbra. Mo

Jam pecudes subiere nemus. iam nulla canoro

Guttura cantat auis. torto non squamea tractu

Signat humum serpens. solus cano. me sonat omnis

Silua. nec est viis cantu concedo cicadis

Cantet amat quod qui sqz: leuant et carmina curas

Tu quoqz seue puer notum ne perde colorem. Lp

Sole sub hoc. sed et hic lucentis vertito malas.

Hic age pampinea mecum requiesce sub Umbra.

Hic tibi lene fluēs fons murmurat. hic et ab Usmis

Purpuree fetis dependent vitibus vne.

Cantet amat quod quisq; leuant et carmina curas  
Qui tulerit meroes fastidia longa superbe Mo  
Sytomias feret ille niues. sybicosq; calores.  
Merines potabit aquas. taviq; nocentis  
Non metuet succos: sardoaq; gramina vincet.  
Et sua marmaricos coget iuga ferre leones.  
Cantet amat quod quisq; leuant et carmina curas  
Quisquis amat pueros ferro precordia duret: Ly.  
Nil properet: distatq; patienter amare:  
Prudentesq; animos teneris non spernat in annis.  
Perferat et fastus: sic olim gaudia sumet  
Si modo sollicitos aliquis deus audit amantes.  
Cantet amat quod quisq; leuant et carmina curas  
Quid prodest quod me pagani mater ampte Mo  
Ter vittis ter fronde sacra: ter thure Vapoio  
Lustrauit. cineresq; auersa effudit in amnem  
Incendens viuo crepitantis sulphure lauros.  
Cum sic in metoem totis miser ignibus a: si.  
Cantet amat qd quisq; leuant et caria curas.  
Hec eadem nobis variegq; coloria fila Ly

Et mille ignotas nicasie circunfult herbas:  
Cantauit quod luna timet: quo rumpitur anguis.  
Concurrunt scopuli. magice sata vellitum arbos.  
Plus tamen ecce meus plus est formosus iollas.  
Cantet: amat quod quisqz: leuant et carmina curas.  
C Calphurnii buccolicum carmen desinit.

